AUGUSTINUS
12. Jh. Seite 109v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26074
Copyright: Admont, Benediktinerstift



s; sup candelabrū ut luceat omnibus qui in domo sunt.
Et ut ostenderet unde dicebat subiecit et ait. Sic luceat lumen
uestrū coram hominibus ut uideant bona facta uestra. et glo
rificent patrem uestrum qui est in celis. Idcirco lumbos uestros accinc
tos esse uoluit et lucernas ardentes. Quid est lumbos accinc
tos declina a malo. Quid est lucere. quid est lucernas arden
tes habere. hoc est et fac bonum. Quid est quod adiunxit et
ait. et uos similes estote hominibus expectantibus dominum
suum quando ueniat a nuptiis nisi quod in illo psalmo sequitur
inquire pacem et sequere. Hec tria. hoc est abstinentia a ma
lo et operatio bona. et spes premii eterni. commemorata sunt
in actibus apostolorum ubi scriptum est. quia docebat eos pau
lus de continentia et spe uite eterne ad continentiam
pertinet. Sunt lumbi uestri precincti ad iusticiam pertinet. Et
lucerne ardentes ad expectationem domini pertinet. que est spes
uite eterne. Ergo declina a malo. hec est continentia.
Hii sint lumbi accincti et fac bonum. hec est iusticia.
Hec sunt lucerne ardentes; quere pacem et sequere eam.
Hec expectatio futuri seculi. Ergo similes estote hominibus
expectantibus dominum suum quando ueniat a nuptiis. Ha
bentes autem ista precepta et promissa quod querimus in tra
dies bonos. Ibi eos inuenire non possumus. Scio enim quia
eos quertis quando egrotatis aut in tribulationibus
uestris que abundant in isto seculo. quo quando etas uer
git ad finem. Senex plenus est querelis et nullis gau
diis inter omnes tribulationes. quibus est contrarium
genus humanum. Non querunt homines nisi dies bo
nos et uitam uolunt longam quam hic habere non pos
sunt. quia et longa hominis uita tanta breuitate.